

V  
g  
361









Q. 198. (15)  
198.



**Encomiū Rubij Longipolli apud  
Lipsiam in errores quos puerili  
ter cōmisit aduersus Buit,  
tenbergen.**

**Nemo potest quicquid toto gestatur in orbe  
Rumpere liuores/omnia Nemo potest.**

**Nemo dictauit.**

**Lipsi impressit Wolfgangus Monacen. Anno 1519.**



# Nemo Rubio suo.

Cellarius  
Rubius

¶ **N**on mireris optime Rubi / si Nemo tuus hoc te Encomio dignatur / qui ipse adeo nemo es / ut magis nemo esse haud possis. Non equidem es Grammaticus / non Rhetor / non Philosophus / non Faber / non Sutor / et quamprimum mihi Rubius oblatus esset / nec hominem credebam / tantum monstrum alie. Quid per deum immortalem informius eo / qui in nullum usum productus / sola nocendi libidine / omnia miscet / omnia turbat. longe felicius has nugas tuis collocasses / quam in scholam nostram adeo Sophistis natam / ut nullam fere puerum habemus quem non cunctis sophistis et exponibilibus tuis opponere idque felicissime audeamus / ut tamen sanctius est irrumpentem et sese offerentem hostem quouis modo propellere quam inuitum irritare / ita diu expectauimus / quis nam exitus eorum foret / que passim et puerilia et mendacissima in nos effundebantur. Scripsit Cellarius quidam homo et arrogans et omni pumice lenior sed minus doctus quam hoc negocium postulat. Scripsisti et tu mi Rubi / dignus quem pueri luto publice insectentur adeo sophistis tuis dedecori / tibi damno esse cepisti / id quod omnes tibi tam ignoti quam cui ignotissimi respondent. Oratio enim ignorantia prodit / quam adeo rudem / adeo Rubianam tenes / ut ipse ( licet Nemo sim ) longe vocaliorem tussire velim. Encomium interim erratorum quorundam puerilium que turpiter admittis obiter cecini. Ad edacia quoque annotaturus quam primum mihi integrum fuerit. Veniant igitur Rubij / Cellarij / Vulcanti / Tauri et quotquot hominum monstrum sunt / vnus Nemo est / qui omnes suis coloribus depinget / et Encomijs dignabitur. Vale ex edibus nostris





**P** Anfantas non ignobilis adolescens est Hermoclem pa-  
 cunctatus esset/ quo nam modo clarus apud posteros  
 euadere posset. Atque is respondisset si illustrem aliquem vi-  
 rum occidisset/ fore ut gloria eius in ipsum redundaret cōtinuo  
 Philippum regem occidit/ ut quam virtute non posset/ parric-  
 cidio famam pareret/ adeo infelix multorū conditio est/ ut dum  
 nullū virtutis succū imbibierint/ sola venena expuant. facile qui-  
 dem in alium quēq; bonū grassatur qui sibi ipsi non parcit/ q̄  
 lis procul dubio vnus mihi Rubius visus est. homo tante ob-  
 securitatis/ ut nec matri sue admodū constet/ sic terrā amat/ sic  
 preter hoīs naturā/ tenebris sese inuoluit. Et mirū quis primo  
 Rubiū dixerit? cū nihil rubeat/ quicq; em̄ ineptit/ fingit/ quic-  
 quid tandē mentit̄ nihil rubet / nec frontē illaz impudentissimā  
 plūq; Marpesia cautes transmutat. Adde qd̄ se Longipol-  
 lum ( dii boni quos ronchis dignā vocē ) cognomento fortas-  
 sis appellat. Sed cur non Longinū. cum adeo longā orationē  
 habeat ut citius Thome cōclusionē quā illius finem repereris.  
 Est talis homo qualis oratio ( ut puerbio vtar ) vir Atlas  
 et Hyperborei montes quālibet spaciōsi Longinū hunc vnū cō-  
 prehenderint/ tam em̄ mihi ignotus quā cui nunq; visus. Sed  
 dictione sua ( qua plurimū balbutit ) facillime internoscendus.  
 Ingenij quoq; vis/ et nature quidē habitus ex oratōe cuiusuis  
 pendet/ sic stultū sermo nō secus hedera ac expensa vinū pdere  
 solet. Quocirca nemo bonus mihi succenseat/ sicubi Rubium  
 meum sola oratione exploratū suis colorib; sed longe modestio-  
 ribus quā par est/ dixerim. At desperā si non Horatianū equū  
 effingere mallē ( licet Nemo sim qui tamē om̄ia potest ) quā  
 hoc vnū monstrū tam horrendū ut nec Aphyica informē pro-  
 duxerit/ adeo in nulla sibi parte quadrat/ in nulla sibi constat.  
 Et quo singula ordine censeant / quis tam nihil vnquā effecit  
 qui nugarum suarū patrociniū non emendicaret? Hac temeri-  
 tate inductus/ ad optimū presulem Herbipolitanū scribit/ ob  
 id credo ut sub magno Principis titulo latebras mendacia in-  
 venirent cum tantū absit ab integerrimo Antistite ut nentis il-  
 lis moueat / quantū bona studia puerere solet. Quare alium  
 Rubius patronū nugarū suarū quesisset. quibus nec torfores

Rubius ob-  
scurus.

Rubius nihil  
rabet.

Longipolus  
seu longinus

Qualis homo  
talis oratio.

Stultum ser-  
mo prodit.

Indigne sans  
Episcopi titus  
longe Rubij



hora collocaverint / adeo sine rationis ductu / sine puerili obser-  
 vatione in magnū sophisticarū periculū emittunt. Attamē sunt  
 qui applaudunt et boni principis patrocina inelamant / cui  
 ut nihil ingratius contingere potuisset / ita mendatijs patronū  
 invocare quam impudens sit nemo non novit / tot nam extant  
 scurre / sophiste / machine huius capita / quos et patronos mi-  
 ser Rubius delegisset preterito Antistite qui tam alienus a nu-  
 gis illis abest ut a nullo non sano mallit reprehendi quā ab uno  
 Rubio laudari / longe minus invocari. Sed hec missum facio  
 plene hodie sunt principū anle scurris / et sine crebro hominib⁹  
 quibus tu bone Rubi adeo sponte occurris / ut te mor oim dn-  
 cem et antesignanū cōstituas. Ad orationis filū rei nostre sum-  
 mā progredior / nam alteram ptem quā Wittenbergen et doc-  
 tores et Tyrunculos nativa sua impudentia incessit / lubens pre-  
 terio. Vbi quā vera cōmētus sit / nouerit ipse / nouerunt et So-  
 phiste sui / quorū anio diu fermentū isthoc decoctū est / ut habe-  
 rent qui surgentib⁹ literis / si non obesse tñ insultare possint / nec  
 in hoc decepti duos siq̄ dē inuenerūt cuiuslibet impudentie pco-  
 nes. Cellariū quendā qui dum Hebreas literas apud Lipsen-  
 ses ingenti tituli strepitu pfitetur / nec dum latinas didicit. De  
 de oratoria virtute. Asinus ad lyram / dū iudicare laborat / cum  
 Proueho verbi pteritū ignoret. Quis em̄ vnq̄z prouehisse / pter  
 Cellariū Hebraicū illud caput / dixit. Et mirū quā grecizare so-  
 leat. Jam Syncophantias / ἈΝΤΙΘΕΣΥΚΟΦΑΝΤΙΑΣ et ΣΥΚΟ-  
 ΦΑΝΤΙΑΣ / pro ΣΥΚΟΦΑΝΤΕΙΝ / mōstra verborū proferens / hō  
 cui nec tantū cerebri / quantū musce piguedinis adesse queat / et  
 tamē miruz est quā sibi canat / quā sese vel nullo adiuvante sca-  
 bat: utpote qui apud Erasimum nescio quot salis modios de-  
 sumpserit / cum Capionē ab eruditione habuerit / cum neutri  
 (nisi a tergo forte) conspexerit vnq̄z. Sed huic Encomiū su-  
 um et illud dignū preparam⁹ / ut discat / non boni esse viri / a ter-  
 go vituperare / quē coram laudaueris / id quod Cellari⁹ ineptis  
 sine pōt / cui nihil ita promptū / ut veritatē impudenter obser-  
 rare. Interim tamē in dulci Sophistarū suo:ū complexu qui-  
 escat / donec excitatus ultra citraqz iactetur / cunctisqz eruditis  
 in risum exponatur. Superest Rubius oim infantū infantis-

Sophiste.

Cellarius he-  
braicarū litera-  
rum pffesor.

Cellarius lati-  
na preterita  
ignorat.

Cellarius in  
Wittenbergen  
ineptis.

Rubi⁹ infans



simus / qui dum nulli prodesse potest nemini non nocet / vsq; a  
deo Sophistarū similis / vt ex ipis natū constat / tam nulla ho  
mini ratio est / tam nulla eruditio / et mirum si Sophiste alium  
doctiorem non habent / cui Prouinciā isthanc sugillandi cōmit  
terent. vel puerilib<sup>9</sup> regulis infantē pri<sup>9</sup> instituisent / quā sic lu  
dibrio cunctos exponeret / non pro Helleboro ad Anteyras / sed  
in triviale ludum relegandus vbi inter pueros resipisceret.  
Quorsum attinet / nihil hoīem tot eruditorū incendia ob quorū  
dam inuidiam ppalandam / in publicū moliri ? satius ne fu  
isset bonos Theologos hoc vnū monstrū intra sua limina cō  
tinuisse ? aut pro sua simplicitate ( qua plusq; sesquichristia  
ni esse volunt ) negotiū melius attentassent vt verioribus scrip  
tis inuidia aliquanto inuolueretur / cuius tamē genuinū est non  
diutius latere / sed vteunq; virulenta tela in quēq; bonū detor  
quere / quicq; em virtute assequi non pōt / importunitate cōtur  
bat. Quis em Rubiū lesit ? quis in sycophantias pellexit ? li  
bara Wittenbergen. docto : cū Eclio disputatio fuit / nihil cū  
Rubio. ( quod nouerim ) actum / nihil cum Sophistis ois eru  
ditionis hostibus / et tot subornantē scurre qui amota verecun  
dia in solos Wittenbergen et totam fere scholam impudentis  
sime rapiantur / et si maledicere tanti nunc est / ipsis quoq; senū  
in cornu esse scico / qm Eclium aut mimo aut obstrepere mulie  
ri potius qz Theologo cōferent vt qui in sophisticis discepta  
ciunculis enutritus / solo clamore / sola vincendi libidine / cuiq;  
se opponeret / non in Christiane veritatis experimentum / sed in  
gloriosam virium / ostentationē qd quantū a Theologo abesse  
oporteat / vel tonsores sciunt. Haberent quoq; in Sophistas  
quod spargerent / quibus omne studiū est surgentes literas im  
pedire. Eclianā camerinā mouere non vt ingenijs consulant /  
sed sua somnia a teneris annis inhibita ptinaciter defendant.  
At Christianā religionē hec nusq; non ledunt / cōsultius igitur  
mansuetudine id cōficeretur / quod conuictijs deterius fieri solet  
Rubeat ergo rubicundul<sup>9</sup> Rubius a quo tantū abest vt hoīem  
pset / quātū verecundiā pstituit / cui<sup>9</sup> stultā stultitiā hic digno  
scere potes q; in alios scribere parat q; nec verbū vbo adiūgere  
didicit / adeo null<sup>9</sup> orōis duct<sup>9</sup> est / nulla cesura / vt neminē puerū

Nach Zwicks  
vff die schlechte  
moll.

Theolog.

Eclius obstre  
pere mulier  
conferendus.

Sophistas Ec  
lius quare de  
fendant.

Rubeat Ru  
bius.



Rubius omni  
ni puero in doct  
rior.

Rubius ordi  
nem orationis  
ignorat.

In singulis  
verbis Rubij  
error est.

Importune  
Sophiste.

Ignorat Ru  
bius que pueri  
scilicet.

Rubius vocu  
compositiones  
ignorat.

Rubius a pu  
eris eruditus.

Per Eckl' in  
telligit Eckius

epus Hallenses sciam (modo literas didiceris) qui non apertim  
cuncta et feliciter retulisset. Proinde ordinem rei quem natura alio  
qui bubulcis ostendit / sic interturbat ut discessum prius fere  
Duitenbergensium quam adventum turpiter mentiat. Atqui dispe  
riam si homo infelix nosset quis digitorum in manu sua prior  
sit / quid intersit inter caput et clunes. Nihilominus ignorantiam  
hac sua ignorantia bonum quemque turbare studet. Non nulla igitur  
tur (nam omnia non possum nisi singula verba reijcere) ex pueri  
libus creatis recludam ut sciat posteritas pestilentissimum So  
phistarum genus adeo infans / adeo importunum / ut dum invidiam  
detegere velit ignorantiam suam prodat. Subinde preconis sui  
Eneomium audiat. Ex paucis enim scholijs reliqua monstrum quis  
que bonus lector pensitauerit / ab exordio nugarum Episcopo adu  
latus / dicit / magis meliora / diu boni quot verborum portenta  
paucis admittit / sciunt omnes pueri vel trini / duos comparatio  
uos simul iunctos vitium esse non orationem / sed figuris te usum  
dices / si vitia tibi figure sunt / non est unum verbum per totam ora  
tionem tuam / quin figuram (hoc est vitium et ingens monstrum habe  
at. Et mox (rem per gratissimam) discas bone Rubi / per / non  
nisi positivis adiungi / sic Cicero hominem per adolescentem / Pomi  
peium vocat / de qua re si minimum puerum cum sophistis tuis con  
sultuisses / iam dudum scires. Proinde (sed quoque etiam) et quo ver  
ba mutant (sed et etiam) multoties inculcat / o lepidum os / o sermo  
nem tali precone dignum / quo omnes editi meliorem vel ex tempe pro  
tulerint / adeo ineptit qui sibi non constat / et adhuc centum ling  
uas sibi optare audent / que si essent tam ingens linguarum crasse  
cles compositaret / ut centum rusticis qualibet vastis pro clunibus  
integro anno extergendis sufficere possent. Simili artificio sub  
iungit / nescio quem Almanach / ut ita dicam (Per Eckius intel  
lige Eckius) mirum si non muscam intelligeres per Eckium. Hoc  
unum habes quod sophistis tuis acceptum referas qui istiusmo  
di anilibus nugis non tam tempus quam bonos iuvenes perdunt  
Quis enim Sophistarum aliud dicere potest quam istud (licet nec bene).  
Postquam autor determinavit de hircis / consequenter determinat  
de capris / ratio ordinis est / quia barbata precedunt / aut tales  
Postquam autor determinavit de supponibilibus consequenter deo



terminat de exponibilibus et primo facit duo/et pro primo sup-  
ponit quattuor/ Primum tangit ibi. Quidē/ sedm tangit ibi/  
Post ubi vero etc. Hec est eruditionis summa in qua tot bona  
ingenia/ tot liberales insoles deperdim⁹/ cui vnā horam collo-  
casse deterius nocet/ quā si decem ludendo desumpseris. Haud  
dissimilis farine est ( Etiam conclusiones Christi nitebantur  
patrocinare fidem/ quā antecessores quoq; parentes pie in mē-  
tibus tenaciter tenere ) noua ut video linguarū obseruatio in-  
ter perniciosos sophistas/ iuuenū eruscatores nunc tandē emer-  
git/ mirum quā Rubius suus esse desinat/ dum de maiorū fide  
differit/ q; nec dū patrocino: vbi dicit adiungi didicit. Coni-  
cere tamē facile possum vnde acetū illud imbibit. Monachus  
franciscanefactionis apud Lipsenses/ tuncp̄is audiuit / minore  
quidē/ ac id adeo ut nihil minus esse queat inter alia nec a The-  
mate suo intellecta/ magno strepitu attestari / se hāc fidem per-  
petuo obseruaturū quā maiores sui habuissent et mox quorun-  
dam cōtiones/ quā bone Jesu christianas/ desuadere cepit/ qui  
nova studia/ nouā fidem/ et nescio si etiam nouū deum cum in-  
genti pietatis iactura disseminarēt. In hunc modū fraterculo-  
rum hodie genus / Christianā gregem erudire solet/ ut quicq; d  
puram ac sincerā Christi doctrinā redolet tanq; heresis abo-  
leatur/ p̄duct; aliquot aut Monachorū aut Sophistarū som-  
nijs/ que et sacculos illos multis perniciosos impleant/ et vitaz  
illam supersticiosam/ simulq; Francisci aut Domini p̄digio-  
sum cucullaz cōmendent. Proinde mirū est/ quā sibi illis nugis  
dum blandiri volunt/ plus quā ferme Pauli celū vindicent/ ni-  
hil vociferantes preter Aristotelem/ Franciscū Maronē/ Tho-  
mam de ente et essentia/ aliq; id genus monstra/ ut piaculo sic  
Euangelii semel citasse. Eadem verecundia lepidū caput des-  
summa disputationis indicat. Quis (inquit) mortalitū non cre-  
dit Papam esse caput iure diuino constitutū? ego desperiam  
si credo/ attamē mortalis sum/ nisi cucullati aduatores ius di-  
uinū cōstituant/ et hanc solam autoritatē quasi pilam per ma-  
nus captent/ quū hodie quoq; audent damnare/ quod cūq; im-  
posturis eorum per transversuz digitū obuiat. Hinc illas sentē-  
tias in nulla scriptura nō certas/ hō semp peccat/ respiciētia

Dicit Sophistarum.

Error Rubij  
puerilis.

Monachus  
Franciscane  
factionis.

Erudito So-  
phistarum

Cucullati adu-  
latores.



**Pleras prodis  
glosa.**

**Exhibito in p  
ceptores.**

**Sophistas sca  
biosus quispi  
am sequitur.**

**Fraterculi.**

**Fulpeclā fron  
tespitiū erro  
Rubij.**

**Rubius Cre  
tensis.**

**Omnes Sop  
phiste omnes  
Monachi Ec  
clie aderant.**

igitur nusq̄ non eget / haud secus ac lupum abhorrent / ne et  
ipsi parump̄ alijs viderentur vbi sanctimonie sue quālibet  
modicus detraherent / facessat impia isthec pietas / qua cū plus  
q̄z beati videri volumus / infelicissimi sumus. Ad Rubiū meuz  
revertor / quādo Vuittenbergen. satellites appellat / eos opinor  
qui ad novū disputatiōis Theatrū spectatores accesserant / et  
rectius contigit nomen quā ipse putasset. Quid est quod tantū  
infectatur qui studiū amore et rerum damno iter istud arrip  
erunt / et tales sese ostendunt satellites / tales q̄z literarū cōmili  
tones vt nullus eorū sit qui non rectius de bonis literis merea  
tur quā omnes Rubiani Sophiste tam literas amant / tam opti  
ma amplexantur / illi sunt / qui p̄ceptores suos tanti estimant /  
vt non solum Lipsim sed in quodcūq̄ discrimē sequi vel spō  
te auderent hoc boni iuvenes solent / hoc recta studia p̄merue  
runt. Quis (per deum imortalem) nigris Sophistis minimū  
honoris impenderit / quos quocunq̄ concesserunt / vel Nemo  
(nostri simillim⁹) vel scabiosus et emeritus quispiam coquus  
comitatur / digni comitatu virū vt em̄ nulli profunt ita nusq̄z  
non pessime tractant. Proinde constat Vuittenberg. doctores  
ingenti periculo expositos partim ob Sophistas quos semp  
habuere inimicissimos / partim ob fraterculos quibus nihil eas  
studio est quam surgentes literas et veritatē opp̄mere et vtrif  
q̄ vt summa nocendi libido est / attentassent forte q̄d dicere no  
lo / id q̄z inulti. Ingenuē igitur Tyrones faciebant non minus  
apud exteros ac in hostium medio / quam domi duces studio  
rū comitātes. Vñ est tam bone Rubi q̄d cōuicieris ? vnde tibi  
enī q̄z canas ? qui adeo rudis es / vt fulpeclā frontespitiū  
monstra verborū scribas. Sed Eclium sine omni stipatu fuis  
se ait. Hic ( fateor ) creticū non agis / sed Cretensem / hoc est men  
torem. Quis vnq̄z stipatio fuit vno Eclio ? quē omnes Sop  
phiste / omnes Monachi / et omnia simul circumdabant / tantus  
accursus in solos Vuittenbergen. paratur. Hic consiliū dedit  
ille argumenta ( vt vocant ) porrexit / erat qui Patrū decreta /  
et Hereticę prauitatis inquisitiones ex suo penuario deprome  
ret / mirum si non erant qui cacandi quoq̄ horam denunciafs  
sent. Sola Vuittenbergū. suo vinebant succu / dumq̄ Eclius.



in arma vocassent/cum omnibus Sophistis/omnibus Monachis/cum ipsa invidia quod omnium periculosissimum est/congredi oportebat. Huius exemplum est cum Lutherus semel concionatus esset optima de eo suspitio oriretur/quod longe melius sciret quam ab hostibus traductus esset/timuerunt Sophiste ne cum res Vuittembergensium apud vulgum quoque bene audire ceperit ipsorum machina succumberet/et confestim Eckium subornant qui vnus hanc Vuitbergum apud populum existimationem aut opprimere aut leuare possit. Eckius facile adductus/vt pote gloriosus/puinciam subit/concionatur/nec id feliciter quam disputare consuevit/adstant sui eo quisque attentior quo Vuitbergum hostilior. Hic vocem demiratur/ille gestus vix a mimo ferendus suspicit/est qui affectum obseruet/vtque omnia simul proferat/nihil non laudatum/nihil non diuinum in toto homine stupent/excurrunt/quisque ad suos/vnum Eckium commendant/vehunt/et Prophetam quendam non humana sed diuina admonentem predicant/eum nimirum in finem vt et illa opinio quam vulgus de nostris acceperat/si non excideret tamen labefactaret. Sic candorem/sic veritatis conceptos igniculos effundunt qui in nullam partem profunt. In tanta ergo invidia preceptores suos circumuentos/Tyrones stipasse quam prestans sit/ille solum nescit qui nihil nouit. Atqui discessum eorum quod sigillas non est mirum cum nec aduentum laudaris. Audisti quemlibet suo pallio tegi? et quod cuique integrum est attentare? cur eos discedere vetas/quos aduentare non iussisti? crede mihi si preter ceterarum dispendia lenisset nec vnus aut alter ante negotij exitum discessisset. Nec adhuc video/quod inedia coacti coquinarijs illis Sophistarum portionibus eguerint/et in has rugas comparatione vteris non rectiore quam oui ad rotam esse queat. Disce miser homo comparationem inter similia duntaxat fieri/et ea magis vulgata/qualis porro hec comparatio esset. Rubius non secus mentitur/quam archadicus asellus? quamque Rubius mentitur/asello tamen is affectus non competit. Sed natiuum forte est Sophistam/nihil bene/nihil apte dicere. Veluti is qui in magna hominum frequentia sed Euangelium expectante/Lipsie concionabatur/tanto nouos scripturarum interpretes veteribus pre-

Vuittemberg.  
cum omnibus  
Sophistis congre-  
diebantur.  
Inuidia Sop-  
histarum

Eckius concla-  
onatur vt vul-  
gum auertat.

Eckianam vo-  
cem demitran-  
tur Sophiste.

In discessum  
Vuitbergi.

Portiones Sop-  
histe. coquina-  
rie.  
Errat Rubi-  
us in comparatione.

Taurino  
paratio.

B.



Munus dis-  
putatorium.

Memoria dis-  
cere apud so-  
phistas.

Disputari so-  
phist: est igno-  
rare.

Rubius falsa-  
rius.

Cellarius pu-  
diciam pro-  
fuit.

stare/ quanto recisi nasi et denno resarciti prioribus ac natiuis  
pulchriores essent. Quis vel bubulcus ad has pueriles ineptias  
as non rideat. aut cachinnu detineat? si qui alijs detrahere stu-  
det/impudentia iuxta ac ignorantia suam cunctis exponit. Su-  
per officio disputatorio stultius differit qua ut repelli debeat/  
hoc que minus esse contendit / singula memoriter et ornate vl-  
tra citraque iactare/ istud nimiru sophiste hodie salu sciunt/ quibus  
vnu natura concessit/ ut tanta loquacitate omnia comple-  
ant / quanta nec centum mulieres qualibet obstrepere possent.  
Tunc memoriter dicunt/ quando verba sua multoties repetunt/  
in hunc modum/ vos arguitis primo modo materialiter. secun-  
do modo formaliter. Ego aut respondeo vobis ad prima par-  
tem implicite ad secunda vero partem explicite / hoc est memori-  
ter dicere / hoc denique ornate/ tandem finita disputatione nihil  
restat nisi ut minus sciant qua cum intraverint/ et iustior a si-  
ne denominatio fiet / secundu Aristotele que mihi citas ut om-  
ne sophistarum disputare sit tantu ignorare et suum non semel  
nomen nescire. Deinde falsarius et corruptor Rubius bene agit  
de protestatione credo qua Lutherus contra insultante Eckium  
fecit/ sic inquit ( Eckium scribite me iniuste et ignominiose pu-  
blice hereticum appellare non erubuit Hussiticeque prauitatis  
patronum ) quis hic verborum ordo/ quid ignominiose publi-  
ce simul reddunt? quid erubuit/ tam ociosum verbum? nullu  
monstrum esse potest/ tam sine capite/ et omnibus membris qua  
hec vna oratio/ illi sunt qui inferos simul ac superos miscere vo-  
lunt/ nec dum puerilia errata lenare didicerunt. Cumque Eckio  
tuo parcere vis / falsarium agis. Sic enim protestatio habet.  
Protestor enim quod hec mendaciter Eckius de me dicat/ Inue-  
et a falsi crimine te purga/ quod tui similibus corruptoribus ex  
omni parte donatum est. ut etiam Cellarius quidam nuper in  
Vuitenbergem inuectus omnem vere pudicitiam in vna epi-  
stola prostituisse videatur/ sic omnia corrumpit/ rescindit/ et mi-  
sere in suos torquet / hand alienum ab his est/ quando scribit  
Rubius. Hierony. August. Ambrosi. aliosque patres ab Eckio  
citatos. Perinde ac nostri eos tacuissent/ quibus nihil aliud in



ore fuit. Preterea/ Albertum/ Petrum magistri et alia idgenus  
portenta domicilium sibi in **Eckij** mente fecisse nihil est quod  
citius persuaderi possum / ex ad me quod attinet/ velim sacel-  
lum quoq; sibi / et perpetuas campanas ibidem edificassent/  
cuius editimū te mox cōstitueret/ **Ex** omnibus est quod me ad  
modum monit. Unde nam boni Rabi/ sanctam philo sophi-  
am appellas/ fortassis ob festum Aristotelis/ quod Sophiste  
celebrant in multorū damna/ vnde tantam ganeam domū refe-  
runt ut diebus aliquot nec coquant/ nec fere veseantur/ nisi il-  
lam sibi auctoritatem Sophiste vendicent/ qua prodigiosam  
Auerrois philosophiam/ et nodosa fraterculorū somnia in deo-  
rum numerum retulerint / et mirum si non diem constituerint/  
qua festum sancte philosophie per Christianū orbem celebra-  
tur/ quam cui vsq; adeo laudant et exosculantur/ ut nullam li-  
terarum certamen sine ea fieri contendant. Sed sciam quā ho-  
dit Sophiste philosophiam arbitrantur. Si logicam ( quod  
propemodum fieri solet ) illa apud veteres in vsu Rhetorico  
habebat/ et longe alia/ quam nostri profitentur/ quibus id so-  
lum tractatur ( quāuis pessime ) quod de anilibus ineptiis sup-  
positionibus/ exponibilib<sup>9</sup> tum reliquis ptibus in suam sentē-  
tiam expositis/ torqueri potest. Ut si hanc censent/ que ex glosse  
matarijs **Eckianis** aut exercitijs tradi consuevit/ tantū ille nu-  
ge a philosophia absunt/ quantū Sophiste ab omni eruditio-  
ne. Nilam fortassis putant / que ab Aristotele scripta passim  
per scholas circūfertur / sed nec hanc philosophiā miserū gen<sup>9</sup>  
possidet/ nisi ex corruptissimis/ et olentibus fragmentis que in-  
hil tam abhorrent q̄s Aristote. acumē. Quot igitur sunt plau-  
sibili titulo elati/ qui se philosophie doctores vēdicant/ nihilq;  
preter Petrum Hispani/ de restrictionib<sup>9</sup> / aut exercitiū veteris  
artis/ nec dum utroq; oculo aspererūt. Quorsum attinet ru-  
dissima illa somnia tantope proferre/ et in tertiu vsq; celū me-  
lioribus neglectis extollere/ satis nimirum esset/ multos nescire/  
et id turpiter/ modo alia atq; cultioribus nata ingenta/ non im-  
pedirentur. Et si tantū phiā placet cur non Platonem ceteris

Domicilium  
mente Eckij.

Sancta philo  
sophia.

Prandia Ar/  
sto.

Fraterculorū  
somnia.

Logica hodie  
passim tractat

Philosophia  
ex glossemata/  
rijs.

Philosoph.  
Aristo: corrup-  
ta circūfertur.

Satis est mul-  
tos nescire.

**Bij**



Plato Philo-  
sophorum Do-  
merus.

Nonagenarij  
questionarij

Sophiste fugi-  
endi.

Rubius nul-  
lum sermonē  
nouit.  
Rubius ad pue-  
ros mittendus.

Rubius ordi-  
nem orationis  
ignorat.

Error Rubij  
cutere pcedere

preferimus? qui ut omnem philosophie partem abunde absol-  
uit / ita minime a sophistis intelligi potest. Valeat questiona-  
ria illa philosophia nostris seculis in multorum perniciem intro-  
ducta / qua nulli hominum mores / nulla vite comeditas parat /  
sed lingua solum obstrepere quaedam se infirmi tamen loqua-  
citate / circūagitur. Quid nam monstri est nonagenarium et canum  
senem quod a pueris cepit in se / ulchrum vsq; distinguere / in-  
ter coneratum et abstractum / totum et totaliter / et eatenus us-  
que repuerascere ut in nullum tandem usum accommoda solis  
portionibus reseruetur. Et in hanc partem Carolo stadius se dis-  
putatorem negat / cui nihil tam inuisum est quam hoc unum So-  
phistarum genus / quibusq; eruditissimis non secus ac pestis  
vite fugiendum. Audet tamen infelix Rubius asserere nullam lite-  
rariam contentionem sine illis sycophantibus confici bene posse  
cum nesciat quid nam sit disputare / cuius inflexus / et tam in-  
gens sibi bellum ( ut ipse preco est ) cum condiscipulis nostris  
fuisse ementitur. A quo tam longe abest ut unum ex nostris pue-  
ris alio qui audeat / quantum oratione sua / ab oratione latina di-  
stat. Quid per deum immortalē faceret / qui nec latina nec gre-  
ca nec suum credo sermonem quam ex matre discere potuit / no-  
scit? congregiatur ergo Rubius cum pueris / et discat si leonem  
unquam in cathedra stantem viderint / ita namq; ait ( Ecce in sede  
stas ut leo / discat preterea medularibus non esse latinam vocem / discat  
respondeam non esse futuram quam dicit (eras adducam et respondeam)  
sed respondebo dicendum. Taceo ordinem rerum qui nunquam hac  
facilitate exponi potest ut lapide durior / omni a sello rudior pre-  
cipere queas. Dum enim ordo rerum / utpote per historiam seruari  
debuisset / tu quod medium est principio exponis / et quod ab ex-  
ordio dicendum in fine fere reseruas. Et Ecce prius dispu-  
tasse / prius in sede ut leonem stetisse / scribis / quam aduenerit / O-  
capitis caput / o hominem rudem / ut in solam umbram natus vi-  
deri debeat / bonos homines miscere vult qui seipsum ignorat /  
atq; magnis ampullis se intellectum daturum pollicetur / cum  
nullum habeat / fingit enim alium domi latere / alterum fulmina-  
cutere / quid est cutere? Monstrum Sophistis dignum / forte  
antiquo verbo usus es / sed tibi non licet / qui ignorantiam igno-



rantia sua omnia conturbas. *Eclius* autē inquit amantē atq;  
 odoriferum campum equitando plustravit/ mirum si non eti-  
 am puellas. Hec est *Modestia Ecliana* qua plurimū glorian-  
 tur tui/ quando circulatoribus stipatus/ per plateas obequita-  
 bat/ procul a *Theologo* distans/ quem sola vite integritas/ et  
 recta simplicitas facit/ sed hoc forte *Theologorum* genus tui  
 non multū suspiciunt/ qui non *Christianos* sed *Aristotelicos*  
*Theologos* habent amantes. Utq; sensel finiam/ vnus *Rubi*  
 est quo nihil rudius/ nihil stultius orbis multo tēpore produxit  
 Totaliter em̄ tā receptā vocem arbitratur vt nemo vere erudi-  
 tus sit habendus cui hoc monstrū non vsu veniat/ at si cuiq;  
 pro libidine sua liceat quoduis ementiri/ possum et ego in hunc  
 modum plura derivare. Hinc a *Rubio* *Rubialiter* vel *Rubia-*  
*nilater* vt is tandem *Rubialiter* sapiat qui nihil sapit *Rubia-*  
*liter* vtiat/ qui in nullum vsu. Huc quoq; attineret festivos  
 adulatores censere/ qui tunc cause *sophistarū* ingenne consulu-  
 tisse putant/ si oēs neruos in *Eclij* laudes expositos aduersus  
*Vuittembergē*. detorsissent/ qđ ego plus ignominie quā laudis  
 allaturū non dubito/ quid em̄ stultius eo/ qui oēm operam im-  
 pendit vt ipse solus laudatus/ ceteri om̄es pessimi videantur.  
 Vnde illud/ ppria laus sordet. Sic em̄ oēs illi *nebulones Ec-*  
*liam* suū/ et adornant et tot dotib<sup>9</sup> onerant/ vt ne celestes olim  
 dij *Pandoram* illam *Hesiodi*/ mortalibus in perniciē datam  
 maioribus ornamentis imbuissent. *Rubius* em̄ totius celi co-  
 lumnā atq; *Atlantē* futurū effingit. O infelix celū et mox ruien-  
 tū si nec firmiter<sup>9</sup> columnis adhaerit/ quas quas *sophistarū*  
 quisq; supponat. Taceo/ *Cellariū* ingens impudentie exem-  
 plum/ cui tantum *Ecliana* oratio placet/ vt satis nec dici nec  
 scribi queat/ iam em̄ fulmen illud dicendi/ quod de *Pericle* fer-  
 tur/ iam copiam/ tum gestus mimicis simillimos/ et totius dic-  
 tionis neruos (magne *Jupiter*) quam suspicit/ quas adorat/  
 nec mihi vnq; verius adagium vsuū est/ ceu dicitur/ similem  
 habent labia lactucam/ quā vbi *Eclium* oratorem *Hortensium*  
 germanū a *Cellariis* salutari videbam. Succedit tamen si lon-  
 go intervallo *Hierony*. *Emser* oīno monendus quo dies suos  
 melius perdat. Hoc est a iudicijs illis ignauissimis absteineat/

*Theologi* *Art*  
*Stoelici*.

*Rubialiter* vti  
totaliter adula-  
tores.

*Pandora*;  
*Rubius*.

*Eclius* coeli  
*Atlas*.  
*Cellarius*.

*Hierony*. *Emser*

B ij



Eclij mugit<sup>9</sup>  
in Rubi.

Ad Rubium  
conclusio.

Rubius habz  
aures asinaf

facile nempe suo indicare/ut nihil scire cognoscat/ quando hūc  
hereticū/ illum minus eruditū infulsissime et passim traductū  
et hoc maxime in epistola ad Canonicū quendā scripta/ quam  
equiore animo ferre possūm/ quod nondū in publicum edita/  
inter amicos solum circūfertur/ longe consultis faceret/ Em-  
ser si hoc munere doctis et quibus iuditiū est relicto Joannem  
suum Theutonicū diligentī versaret manus/ ne sue facultatis in-  
peritus/ in aliena quoq; messe dephensus/ derideatur. Ex Ec-  
tio tantū nescio quem bovem faciat Rubius / qui mugitu suo  
maximas orbis rupes temere debeat/ qđ tum felicissime cesserit  
quando tantus Ectio mugitus fuerit/ ut vñs Rubium ab illa  
sua temeritate deterreat/ ne ammodo/ quod nec ipse nec sui in-  
tellerint/ importunissime divulget/ neve attentet qđ nullis vi-  
ribus assequi potest/ ut nec deinceps mihi opus sit/ pessime ho-  
ris aliquot collocare/ quibus Rubiana monstra velut in specu-  
lum aliquod transponā ut omnes preterivantes videant/ impu-  
dentissimū esse se suosq; in risum cuiq; exponere. Hec bone Ru-  
bi breviter utcumq; potui in errata tua congeffi que ipse boni  
consulas/ meliora daturus qđ primū per otium licuerit / ut que  
simili dilemmate quo tu olim cōcludam. Rubius qui tam im-  
pudenter et sine omni ratione ridiculū se omnibus fecit/ aut est  
bos/ aut asinus/ homo enim esse non potest/ si bos cornua ha-  
bet/ si vero Asinus aures ipsum habere nemo ambigit.

τλλοσ.

Nemo ad Lectorem.

Sat modo lector habes Nemo est : qui : temp<sup>9</sup> ad omne  
Et sapit : et nulli displicuisse potest  
Qui cupit esse aliquid Nemo sine nomine fiet.  
Hoc unum est nostre conditionis opus.

Rubius.

Hec cum bona venia.

Nemo.

Et cum hoc plus.







7/9 361 BK

(X2206677)

M.C.
















B.I.G.

Farbkarte #13

QR. 198. (15)

Encomiū Rubij Longipolli apud  
Lipsim in errores quos puerili  
ter cōmisit aduersus Buit,  
tenbergen.

Nemo potest quicquid toto gestare in orbe  
Rumpere linores/omnia Nemo potest.

Nemo dictavit.

osi impressit Wolfgangus Monacen. Anno 1519.

